Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-544626-p0001-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-544626-p0002-0

# QVÆSTIONUM
## NOBILIORUM
DE
# UTILISSIMA CONTRACTUUM MATERIA
E
CLARISSIMI BARTOLI SCRIPTIS
paſſim excerptarum
## FASCICULI DUO:
QUOS
*AUSPICE DEO*
ET
SUFFRAGIO JCTORUM ERFURT.
## MICHAEL HENRICUS Kraut/
HALLENS. SAX. J. D.
ET
## HERMANNUS ANDREAS DOMINICUS HOHFELDT
MOGONUS
defendent
*Die Saturni futuro, qui erit 6. (16.) Septembr.*
*AN. CIↃ IↃC LXXIX.*
Horis à IX. ad XI. item à IV. ad VI. ante- & pomerid.
In Auditorio Cœlico.

---

*ERFURTI,*
Typis KIRSCHIANIS.

Excell. Dn. Brücknero

KŒN. FRIED. UNIVERS. ZU HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-544626-p0003-6

# FASCICULUS I.

## Qvæſtionum Nobiliorum de utiliſſimâ Contractuum Materiâ:

RESPONDENTE

**HERMANNO ANDREA DOMINICO Hohfeldt/ Mogono.**

## QVÆSTIO I.

### Contractus aliàs invalidus an & quando firmetur juramento?

Reſp. Quòd aut reprobatur contractus

- Quia contra bonos mores eſt, & iſto caſu non firmatur juramento *c. non eſt obligatorium.* 58. *de Reg. Jur. in* 6. Exempla ſunt. *in l. fin. de pact. l.* 61. *l.* 134. *de V. O.*
- Favore publicæ utilitatis, & aut publicæ utilitatis ratione
  - Principaliter: & non confirmatur juramento *c.* 12. *de for. compet.*
  - Secundariò: & aut regula juris
    - Prohibet contractum vel alienationem tantùm, ut in *l.* 5. *de fund. dotal.* & tunc firmatur juramento de jure Can. *c.* 28. *de jurejur.*
    - Præcipit perſonæ, ne contrahat, & tunc contractus non firmatur juramento.
- In odium creditoris, & tunc juramento dicitur firmari *c. ſignificante f. de pignor.* non tamen contractus firmatur

A matur juramento, *auth. ſacramenta puberum C. Si adverſus venditor.*

Favore debitoris, & aut { Solùm invalidat contractum vel alienationem: & tunc contractus validatur juramento, *d. auth. ſacram. puber.* Præcipit perſonæ: & tunc non validatur juramento. }

Quia lex ipſi non aſſiſtit, non autem reprobat. Exemplum eſt *in l. 38. §. 17. de V. O.* & ille validatur juramento.

Ratione ſolennitatis probatoriæ: & non firmatur; quia, cùm iſtæ ſolennitates ob publicam utilitatem ſint introductæ, nec pactis, nec juramentis privatorum poſſunt tolli, *l. 38. de pact.*

Ratione defectûs ſolennitatis formalis: & juramentum valet omni modo, quó poteſt. Quod limita; niſi ſit defectus circa conſenſum: nam ſi conſenſus deficit totaliter, vel eſt limitatus certo modo, vel certâ conditione, eodem modo intelligatur juramentum. Non enim ſe extendit ulteriùs, quàm conſenſum eſt.

Ratione rei vel materiæ, ſuper qua contractus interponitur: ut ſi contrahitur ſuper re, cujus non eſt commercium: tunc non validatur juramento, nec juramentum ipſum; quia continet impoſſibile de facto & de jure, cùm conſenſus privatorum non poſſit implere defectum rei.

Propter alias ſubditorum utilitates. Exemplum habemus *in l. 8. de Transact.* ubi prohibetur transactio ſuper alimentis: item in donatione inter virum & uxorem, ut & *in l. 15. & 22. C. d. pact.* Et iſtis caſibus puto, quòd confirmetur juramento de Jure Canonico, *c. 2. de pact. in 6.*

II. Si

# II.

## Si in contractu fuit erratum circa materiam, vel interceſſit aliùs defectus, quâ actione agere poſſit pars, quæ decepta eſt?

**Reſp.** Quòd aut loquimur in contractu

- Innominato, qui nullus eſt ipſo jure, & tunc aut
  - De partium voluntate: & agitur actione præſcriptis verbis, *l.* 5. §. 1. *de præſcript. verb.*
  - Non ex partium voluntate: & tunc agitur condictione ob cauſam, vel de dolo, *arg. l. 1. de donat. & l. 7. pr. ff. de dolo.*
- Nominato bonæ fidei, & aut contractus
  - Adhuc eſt aliquis, licet habeat defectum: & agitur actione ex eo contractu, ut reddatur, quod eſt utrinque datum, *l. 11. §. 5. ff. de action. emt.*
  - Ipſo jure nullus, & aut eſt nullus
    - De partium voluntate: & non poteſt agi actione ex eo contractu, ut reddatur, quod eſt utrinque datũ, *l. 11. §. 6. de action. emt.*
    - Præter partium voluntatem, & aut debet agi ad id, quod
      - obligatio oritur temp. illius contractûs ſic de facto inniti: & tunc agitur actione ex eo contractu.
      - obligatio non fuit orta, ſed ex poſt facto, ut ad repetendum id, quod eſt poſteà traditum: & tunc agitur dolo *l. 7. pr. ff. de dolo.*

# Debitum ex uno contractu qualiter poſſit converti in debitum ex alio?

**Reſp. Aut devolvitur in aliud debitum ita, ut prius**

- Non tollatur: & tunc aut loquimur in contractu vel qſ. contractu
  - Univerſali, ut mandato adminiſtrationis omnium bonorum, tutelâ, negotiorum geſtorum, ſocietate, & tunc devolvitur in aliud debitum, *l.* 35. *ff. de negot. geſt.*
  - Speciali, & tunc regula eſt: quod in aliud debitum ex aliâ causâ non convertitur, ſi prius non tollatur: quia nihil ad me debet pervenire durante obligatione primâ, *l.* 6. §. 6. *ff. Mandat.* Fallit tamen, ſi interponitur ſtipulatio animo non novandi *l.* 4 *in pr. de Uſur.* item in conſtitutâ pecuniâ, *l.* 18. *ff. de Conſtit. pecun.*
- Tollatur, & transfundatur in aliud: & aut quæritur, an poſſit fieri per
  - Stipulationem? & ſine dubio poteſt fieri, *l.* 1. *ff. de Novat.*
  - Alium contractum, quàm ſtipulationem: & aut is contractus
    - Poteſt perfici interventu cujuslibet rei, & tunc poteſt fieri, *l.* 58. §. 1. *de jur dot.* quia libertatio quæ ex primâ causâ obvenit, cedit in cauſam ſecundi contractûs.
    - Requirit certas res, ut cōſiſtentes in numero, pondere & menſurâ: & aut illæ res
      - Extant ſolutioni paratæ: & poteſt converti in aliud debitum, *l.* 15. *de R. C.*
      - Non extant: & non poteſt converti in aliud debitum, *l.* 34. *ff. Mandat.*

# IV.

## Culpa qualiter veniat in Contractibus & (occaſionaliter) ultimis voluntatibus?

Reſp. Quòd aut loquimur in actione deſcendente ex

- Ultimâ voluntate, & ſic ex teſtamento; & aut heres percepit ex teſtamento
  - Modicam utilitatem, legatarii autem ſeu fidei-commiſſarii magnam: & ſolus dolus & lata culpa venit, *l. 22. §. 3. ad SCt. Trebell.*
  - Magnam utilitatem, at legatari & fidei-commiſſari parvam: & venit leviſſima culpa, *l. 47. §. 5. ff. de legat. 1.*
  - Æqualem utilitatem cum legatariis & fidei-commiſſaris: & tunc venit levis culpa, *l. 108. §. 12. de Legat. 1. l. 5. §. 2. ff. Commod.*
- Contractu, & aut ex contractu A
  - Nominato, & aut loquimur in B
    - Depoſito, & depoſitum eſt factum gratiâ
      - Deponentis tantùm, prout fit regulariter, & loquimur in actione depoſiti
        - Contrariâ: & in eâ venit culpa leviſſima *l. ſi ſervus §. idque evidentius de Furt.*
      - Depoſitari tantùm & aut loquimur in actione depoſiti
        - Directa, & aut
          - Se obtulit, & tenetur de leviſſima *l. 1. §. 35. depoſiti.*
          - Non ſe obtulit, & tenetur de culpâ levi ſeu latiori, *l. quod Nerva ff. depoſiti.*
      - Utriusque: & tunc uterque tenetur de levi culpâ, *l. 1. §. 35. ff. Depoſiti.*

A B Mandato, quod fit gratiâ mandantis tantùm: & tunc aut loquimur in
- Contrariâ: & in eâ culpa venit leviſſima *l. 61. §. 5. ff. de Furt.*
- Directâ; & aut in iſto mandato venit id, quod requirit
  - Modicam & quaſi nullam induſtriam: & venit ſolus dolus & lata culpa, *l. 29. pr. ff. Mandat.*
  - Non magnam induſtriam ſed aliquam diligentiam: & venit dolus, lata culpa, & levis, *l. 21. C. Mandati.*
  - Exactiſſimam induſtriam & diligentiam: & venit culpa leviſſima *l. 13. C. Mandati.*

Tutelâ, & venit dolus, lata culpa, & levis, *l. 7. C. arbitr. tutel.*

Actione negotiorum geſtorum; & venit lata culpa & levis, *l. 3. §. 9. de Negot. geſt.*

Commodato: & aut fit gratiâ
- Recipientis tantùm; & aut loquimur in actione commodati
  - Contrariâ: & in eâ venit dolus & lata culpa tantùm, *l. pen. ff. Commodat.*
  - Directâ, & aut commodans
    - Ultrò ſe obtulit ad commodandum: & commodarius tantùm de dolo & lata culpa tenetur, *l. 5. §. 10. ff. Commodat.*
    - Non obtulit ſe: & venit culpa leviſſima *d. l. 5. §. 2.*
- Commodantis tantùm: & venit lata culpa ſola, *d. l.*

Precario: & aut loquimur
- Ante moram: & venit dolus & lata culpa tantùm *l. 8. §. illud ff. de Precar.*
- Poſt moram: & venit culpa levis, *d. l. quæſitū* §. 4.

Innominato: & ille judicatur ſecundum naturam contractûs nominati, cui aſſimilatur: quod eſt notabile, probaturque in *l. 10. §. 1. Commodat.*

# V.

## Error juris an & quando lata ſit culpa?

Reſp. Quòd aut loquimur de jure

- Communi: & tunc aut illud jus eſt
  - Certum & limitatum, quia de hoc eſt caſus legis: & talis ignorantia eſt lata culpa, *l. 9. §. 3. ff. de jur. & fact. ignor.*
  - Dubium, quia ſunt opiniones Dd. vel quia de hoc non habemus legem expreſſam, ſed argumenta veroſimilia: & tunc talis ignorantia non eſt ſimpliciter lata culpa, ſed debet judicari lata culpa, levis & leviſſima, ſicut patet de ignorantia facti *l. 2. de jur. & facti ignor*
- Municipali: & aut loquimur de
  - Hominibus ejusdem municipii: & tunc lata eſt culpa eâdem ratione; ſi tamen ſint ejusdem conditionis, & præſentes, *l. fin. ff. de Decret. ab ord. faciend.*
  - Hominibus alterius municipii: & obtinet idem, quod in errore facti, *c. 1. de Conſtitut. in 6.* Non obſtat, quòd non omnes ſunt ejusdem profeſſionis, quia non omnes homines ſunt Jurisconſulti: illa enim ſcientia, quæ eſt in Jurisperitis, videtur non deeſſe cuilibet vulgari homini; quia peritos poſſunt conſulere, & iſtud faciunt communiter omnes, *l. 10. ff. de Bon. poſſeſſ.*
- Speciali: & tunc illa ignorantia non eſt lata culpa, *Br. in l. 32. ff. Depoſiti.*

# VI.

## Tempus quando dicatur adjectum causâ limitandæ, & quando differendæ obligationis?

**Reſp. Quòd aut dies apponitur**

- **Conditioni, & aut apponitur**
  - Affirmativè: & tunc vocatur appoſitum causâ limitandæ obligationis, & conditio veniens intra tempus facit committi obligationem; ſecùs ſi veniat poſt tempus *l. 18. §. 11. ff. de damn. infect.*
  - Negativè: & tunc vel limitandæ, vel differendæ obligationis causâ habetur *in l 10. de V. O.*
- **Diſpoſitioni, & aut apponitur per dictionem**
  - Ex, ut ex die Calendarum: & tunc vocatur appoſitum causâ differendæ ſolutionis, *l. 44. §. 1. in pr. de oblig. & act.*
  - Ad, quoad, usque, & ſimiles, & aut præcedit obligatio
    - In qua adjectum eſt tempus causâ multiplicandæ obligationis; & tunc causâ limitandæ obligationis videtur factâ: ut promittis mihi dare decem annua, quoad vivam, *l. 56. §. 4. d. V. O.*
    - Simpliciter, & aut obligatio continet aliquid, quod habet cauſam
      - Succeſſivam, ut pacti: & tunc videtur apponi causâ limitandæ obligationis, *l. 4. de ſervit.*
      - Momentaneâ: & tunc causâ differendæ ſolutionis videtur facta, niſi id agant contrahentes, ut causâ limitandæ obligationis fiat, *l. 44. §. 1. 2. de obligat. & action.*

VII. S.

1118.

# IX.

## Tacitum an & quando habeatur pro expreſſo?

**Reſp. Quædam ſunt, quæ pendent ex**

- Voluntate unius, ut ultimæ voluntates: & in iis tacitum habetur pro expreſſo, *l.* 33. *de auro & argent. legat. l.* 19. *de Cond. & demonſtr.*
- Voluntate duorum; & aut contractus celebratur
  - Verbis: & aut
    - Omittitur formale contractûs, ut verba: & tunc vitiatur ac pro omiſſo habetur, *l.* 1. *de V.O. l.* 99. *ff. eod.*
    - Forma ſervatur, ſed ſubſtantiale quid omittitur, ut locus vel res: & aut
      - Illud agebatur tacitè, & poteſt probari, & habetur pro expreſſo, *l* 94. *de V.O.*
      - Non poteſt probari illud tacitè actum: & habetur pro omiſſo, *l.* 2. §. 5. *ff. de eo, quod cert. loc.*
    - Non omittitur aliquid de ſubſtantialibus, ſed de accidentalibus vel naturalibus contractûs: & tunc idem obtinet in contractu, qui celebratur verbis, quod obtinet in contractu, qui celebratur re, vel conſenſu, prout infrà.
  - Re vel conſenſu: & aut omiſſum venit
    - Ex naturâ contractûs: & tacitum habetur pro expreſſo, *l.* 3. *de R.C.*
    - Non ex naturâ contractûs, & tunc aut illud tacitũ fuit
      - Intellectum ab uno: & non habetur pro expreſſo, *l.* 7. *C. de Condict. ob cauſam l.* 25. *C. de transact.*
      - Intellectum ab utroque: & habetur pro expreſſo *l.* 3. *in fin. de. V.O.* Intellectum autem ab utroque probabitur 1. ſi fuit de naturâ contractûs: 2. ſi de hoc erat conſuetudo: 3. ex præfationibus: 4. ex aliis legitimis conjecturis.

# Pro conſentiente quando habeatur, qui tamen verè non conſentit?

Reſp. Quòd aut loquimur de

- Abſente, eoque aut
  - Ignorante: & ille nunquam præſumitur conſentire. Ita not. vulgò *in l. 45. § fin. de R Nupt.*
  - Sciente: & aut loquimur de caſu, in quo
    - Cogitur conſentire: & præſumitur conſentire, *l. 2. §. 2. ff. ſolut. matr.*
    - Non cogitur conſentire: & nec præſumitur conſentire, *l. 4. pr. de Noxal action.*
- Præſente, ſciente, & tacente, & iterũ loquimur aut de caſu, in quo
  - Non requiritur nec conſenſus, nec diſſenſus: & tunc nulli applicabitur, ita ut nec conſentire, nec diſſentire dicatur *l. 1 ff. de Tribut. act. §. 3.*
  - Requiritur vel conſenſus, vel diſſenſus; & tunc aut quis tacet
    - Per contumaciam: & præſumitur conſentire vel negare in damnum ſui. *l. 11. §. 4. de interrogat. in jur. fac.*
    - Non per contumaciam: & aut loquimur in actu
      - Uniformi, isq; actus aut reſpicit B

A

Meum

A B Meum favorem, & videor conſentire, *l.* 18. *ff. Mandat.*

- Meum præjudicium: & tunc aut circa
  - Jus reale, & aut circa id, quod habet in re
    - Tertii: & obtinet, quod *Br. habet in l. fin. C. de remiſſ. pign.*
    - Meâ: & aut eſt actus, quem cō tradicendo
      - Non poſſum impedire: & non præſumitur conſenſus, *l.* 39. *ff. de pignor. act.* Fallit tamen ratione conſtitutionis.
      - Poſſum impedire: & præſumitur conſenſus, *l.* 12. *ff. de pignor. & ibi Gl.*
  - Jus perſonale: & in dubio tacens non videtur conſentire, *l.* 8. §. 1. *ff. de Procurat.*
  - Jus tertii, cujus bona ſpectant ad me curâ & ſollicitudine: & non præſumor conſentire.
- Difformi. ut cum intras in poſſeſſionem meam; & aut contractus
  - Præceſſit: & præſumor conſentire, *l.* 2. *C. de acquir. poſſeſſ.*
  - Non præceſſit: & aut tractatur de præjudicio
    - Magno: & videor diſſentire, *l. pen. de furt.*
    - Modico: & præſumor conſentire, *l.* 7. *de Pecul.*

# XI.

## Caſûs fortuiti periculum an & quando quis poſſit in ſe recipere?

**Reſp.** Quòd aut loquimur de ſtipulationibus

- Judicialibus, vel prætoriis: & aut renunciatur caſibus fortuitis
  - Simpliciter: & talis renunciatio non valet, *l. 4. §. 4. ff. Si quis caution. in jud.*
  - Specialiter: & valet talis renunciatio.
- Conventionalibus: & aut ſtipulans
  - Exprimit ſe ſuſcipere periculum caſûs fortuiti & valet, ac ſtipulans de omni caſu fortuito tenetur, *l. 6. C. de pignerat. action.*
  - Non exprimit quicquam de caſu fortuito, ſed recipit periculū ſimpliciter: & aut ille, qui ſuſcipit
    - Erat is, ad quem pertinebat periculum ante contractum: & tenetur de caſu fortuito, *l. 5. ff. de Naut. fœn.*
    - Ipſe primò non tenebatur ad periculum: & aut
      - Poſſeſſio rei non tranſit ad eū, qui ſuſcipit periculum: & tenetur de caſu fortuito, *l. 10. ff. pr.*

A B C

A B C

*ff. pr. de peric. & commod. reivend.* Ratio eſt: quia non eſt veroſimile, quòd quis in re, quam non habet, committat ſolùm culpam; Ergò ad caſum referri poteſt. 1120.

Poſſeſſio reitranſiit ad eum; & aut ex naturâ contractûs veniebat

- Levis culpa: & tenebitur de leviſſimâ *l. 36. ff. Locat.*
- Leviſſima, ut incommodato: & tenebitur de caſu ſortuito, *l. 39. ff. Mandat.*
- Cæſus fortuitus. & tunc iſtud in ſe ſuſcipere periculum hoc operatur, ut, cùm priùs tenebatur ſaltem de caſu contingenti absque culpâ alterius partis, dummodò dolus abſit, *l. 62. §. fin. ff. de contrah. emt.* nunc omnem planè caſum fortuitum præſtare obſtrictus ſit: Siquidem enunciatio ſimpliciter indefinita ſemper æquipollet univerſali, *per vulg.*

Quædam expreſſit, de caſu fortuito, & ſubjunxit clauſulam generalem de periculo recipiendo: & indiſtinctè tenetur de caſibus ſimilibus, vel minoribus, non vero majoribus, *Br. in l. 4. ff. Si quis cautioni in jud.*

# XII.

## De caſu an & quando quis teneatur, ſi ipſum culpa præceſſerit?

Reſp. Aut illa culpa

- Cadit in moram; & tunc quis tenetur de caſu fortuito, *l. Si cert. pet. l. 23. ff. de. Verb Oblig*
- Non cadit in moram: & aut illa culpa
  - Non eſt ordinata ad caſum, quia ex ipsâ nullo modo poteſt caſus contingere: & tunc non tenetur de caſu, *l. 38. ff. de Statu lib.*
  - Eſt ordinata ad caſum, & aut caſus
    - Eſt ſecutus propter illam culpam: & tenetur de caſu, *l. 5. §. 10. ff. Commod.*
    - Nihilominus contigiſſet, etſi culpa non intercesſiſſet: & aut culpa fuit commiſſa
      - In non faciendo: & non tenetur quis de caſu, *l. 4. de Impenſ. in res dotal. fact.*
      - In faciendo, & aut factum
        - Non cadebat in delictû: & non tenetur de caſu, *l. fin. §. 1. ad L. Rhod. de jact.*
        - Cadebat in delictum: & aut committebatur delictum circa
          - Rem ipſam: & tenetur de caſu fortuito poſt eveniente, *l. 51. ff. ad L. Aquil.*
          - Uſum rei: & non tenetur de caſu poſt eveniente, *l. 16. ff. de cond. furt.*

# XIII.

## Sine actione utrum quis admittatur ad agendum?

Reſp. Quòd aut actio deficiat

- Ab initio: & aut
  - Speratur, quòd actio oritura ſit in litis conteſtatione: & admittitur quis ad agendum, *l. 9. ff. de V. oblig.*
  - Non ſperatur, quòd actio oritura ſit: & aut quis agit, ut ex illo judicio
    - Sententia ſequatur, & porrò, aut loquimur
      - Invito reo: & non admittitur ad agendum *l. 6. §. ult. ff. de negot. geſt.*
      - Reo volente expreſsè: & admittitur, *l. 9. §. 5. ad exhib.*
    - Alia ſtipulatio committatur: & tunc non admittitur ad agendum, *l. 55. ff. de contrah. emt.*
- Ex poſt facto, quæ ab initio competebat: & tunc, ſi judicium non procederet, aut
  - Reus locupletaretur cum alienâ jacturâ: & judicium procedit *l. 18. de rei vindic.*
  - Non locupletaretur cum alienâ jacturâ: & judicium non procedit, ſed fiet abſolutio ab obſervatione judicii, §. *fin. Inſt. de perpet. & temp. action.*

# XIV.

## Ex diſpoſitione legis an oriatur jus agendi?

**Reſp. Aut lex procedit**

- Imperando ſeu præcipiendo: & aut præcipit aliquid, quod reſpicit commodum
  - Ejus tantùm, cui præcipitur: & non oritur actio. Magis enim eſt permiſſio & conſilium, quàm præceptum, *l. 8. de offic. Præſid.*
  - Alterius, quàm ejus, cui præcipitur: & oritur jus agendi; quod probatur in omnibus interdictis reſtitutoriis, *l. 4. C. de ſerv. fugitiv.*
- Permittendo: & aut permittitur aliquid fieri
  - In re: & iterum aut in re
    - Suâ: & non oritur jus agendi, ſed efficitur, ut ille actus ſit validus & impunitus, *l. 21. C. Mandat.*
    - Alienâ & oritur jus agendi, *l. 13. §. 1. ff. Comm. prædior.*
  - Quod non fit in loco, ſeu ut loco cohæreat: & aut venit explicandum intra perſonam
    - Facientis: & non oritur jus agendi. Exemplum eſt in omnibus *ll. quæ deferunt hereditatem vel ex teſtamento vel ab inteſtato.* Nam non competit mihi jus agendi ad hoc, ut habeam hereditatem: qvum in me ipſo valeam hoc expedire ſolâ voluntate, tamen hereditate aditâ, poſſimque agere petitione hereditatis.
    - Alterius: & aut venit
      - Principaliter propter ſe: & competit jus agendi, utputa in caſibus, in quibus filius poteſt agere

A B

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-544626-p0020-0

A

Verando,& aut lex

B gere contra patrem, ut eum emancipet, *l. 12. C. de epiſcop. audient.*

Propter aliud: & jus agendi non competit; ſed ſufficit, quòd ille, qui debet facere, impleat pro parte ſuâ, quantum poteſt. Hoc probatur per omnes *ll. quæ agunt de oblatione & conſignatione, l. 19. C. de Uſur.*

Expreſsè prohibet jus agendi, utputa ne actio petitióve detur: & eſt indubitabile, quòd ſolùm paretur exceptio *l. 2. §. 1. ad SCt. Vellejan.*

Prohibet factū, & aut vetat aliquid ad commodum

Ejus vel heredis ejus, cui vetatur: & oritur jus excipiendi non agendi, *l. 1. in pr. ad L. Falcid.* Et licet ſolutione factâ per errorem competeret condictio indebiti; tamen ipſa non oritur ex illâ lege vetante vel inducente exceptionem; ſed deſcendit ex quaſi contractu, qui celebratur ſolutione, *l. 33. ff. de cond. indeb.*

Alterius, quàm cui vetatur: & ſine dubio oritur jus agendi. Et hoc probatur in omnibus interdictis prohibitoriis, *l. 1. & 2. C. ne lic. potent.*

Prohibet puniendo: & ſine dubio competit jus agendi, ut patet ex omnibus *ll. maleficia punientibus, Br. in l. 1. n. 3. de Cond. ex lege.*

# XV.

## Jus agendi quando ex lege competit, utrum ſit actio, an officium judicis?

**Reſp.** Aut verba legis diſponentis

- Referuntur ad partes: & ſemper oritur actio *l. 2. ad L. Aquil.* & hoc apparet in omnibus interdictis Prætoriis.
- Referuntur ad judicem: & aut verba legis diſponunt
  - Directè circa jus agendi: & ſine dubio producunt actionem, & hoc apparet in omnibus interdictis, quæ dicunt: judicium dabo. Licèt etiam verba referantur ad judicem, tamen quia directò circa jus agendi diſponunt, producunt actionem, *l. 7. de jurisd. omn judic.*
  - Circa factū: & aut verba referuntur ad judicem
    - Affirmativè: & ſemper competit officium judicis. *l. 24 ff. de Minorib.*
    - Negativè: & tunc non datur officium judicis. Non enim aliquid committitur judici directè; ſed magis parit actionem ei, ad cujus utilitatem verba fuerunt prolata, *l. 1. ff. quod met. cauſ.* Ubi Prætor dicit: Quod metus causâ geſtum erit, ratum non habeo. Licet autem verba referantur ad judicem; tamen quia referunt privativè, non pariunt officium judicis, ſed actionem parti, ad cujus commodum privatio illa inducitur.
- Simpliciter & perſonaliter ptoferuntur: & competit jus cogendi ſive in terminis noſtra quæſt. actio; ut in *auth. Sacramenta puberum C. ſi adverſus vendit.*

XVI. In

# In rei æſtimatione quod tempus inſpiciatur?

**Reſp. Aut quæritur de tempore**

- A quo debeat fieri æſtimatio: & tunc aut æſtimatio debetur
  - Jure actionis: & inſpicitur tempus contractûs, nec ultrà creſcit *l.* 28 *ff. de Novat.*
  - Judicis officiô: & aut
    - Mora fuit contracta tempore celebrati contractûs, vel promiſſionis ſeu obligationis: & inſpicitur tempus contractûs, *l.* 3. §. 3. *de act. emt.*
    - Mora tunc non fuit contracta: & aut
      - Mora præceſſit lit. conteſt. & inſpicitur tempus moræ, *l.* 22. *Si cert. pet.*
      - Mora non præceſſit: & inſpicitur tempus lit. conteſt. *l. fin. de Tritic.* & hoc eſt verum in æſtimatione, quæ immediatè fit à judice; in eâ verò, quæ fit ſecundum affectionem per juramentum in litem, inſpicitur tempus ſententiæ. *l.* 3. §. 2. *in fin. ff. Commodat.*
- Usque ad quod creſcat æſtimatio: & tunc aut æſtimatio venit
  - Jure actionis: & inſpicitur tempus contractæ obligationis, nec ultrà progreditur, Br. in *l.* 22. *ff. ſi cert. pet. l.* 3 *ff. Commod.* & idem latè de hac materiâ.
  - Judicis officio: & aut res
    - Periit ante ſententiam: & inſpicitur, quanti plurimi fuerit usque ad diem, quô res periit, ultrà non; quia æſtimatio ultrà non poteſt creſcere, ut not. gl. ad *l.* 22. *ſi cert. pet.*
    - Duravit, vel erat quantitas, quæ perire non poteſt: & creſcit æſtimatio usque ad ſententiam, *l.* 3. *de cond. tritic.*

# XVII.

## An & quando pupillus, prodigus, furioſus repetant abſque reſtitutione in integrum?

**Reſp. Aut ſolvitur**

- Indebitum omni jure; & indiſtinctè locus datur repetitioni. Ratio eſt: quia donare non poteſt, & ſic propter ſolam ſcientiam donatio non præſumitur. Major tamen, ſi curatorem non habuit, reſtitutionem petere debet, *l. 3. C. de in integr. reſtit.*
- Indebitum naturaliter tantùm, & quod civiliter eſt debitum: & tunc aut ſolvit debitum
  - Sine affectu exactionis, ut in chirographo ante biennium: & eſt locus reſtitutioni indiſtinctè, *l. 1. de Cond. indeb.*
  - Cum affectu exactionis; ut res judicata, vel debitum ex teſtamento ſolenni: & idem, quod circa indebitum utroque jure, obtinet.
- Indebitum civiliter, ſed debitum naturaliter: & indiſtinctè locus eſt repetitioni, nec diſtingvitur inter errorem ignoranter vel ſcienter admiſſum, *l. 25. de Minorib.*
- Aliquid, quod eſt utroque jure debitum, ſed ope exceptionis indebitum redditur: & indiſtinctè locus eſt repetitioni, ſive exceptio ſit favorabilis, ſive odioſa.
- Indebitum, quod à majore non repeteretur, ut in eo, quod creſcit per inficiationem, & in aliis, *arg. l. 23. §. fin. de Cond. indeb.* & eſt locus repetitioni.

XVIII. An

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-544626-p0024-2

# XVIII.

## An & quando repetitio ex cauſæ defectu competat?

Reſp. Aut deficit cauſa, quæ ab initio fuit

- Impoſſibilis: & aut ille, qui dedit, fecit
  - Scienter: & non repetit:
  - Ignoranter: & locus eſt repetitioni, *l.* 3. *§. 5. de cond. cauſ. dat.*
- Poſſibilis; & aut defecit
  - Caſu fortuito: & iterum aut
    - Ante moram; & non eſt locus condictioni ob cauſam tanquam cauſâ non ſecutâ, ſed ex pœnitentiâ, ut *l. 5. de cond. cauſ. dat.*
    - Poſt moram; & eſt locus condictioni; *l.* 3. *§. 1. de cond. cauſ. dat.*
  - Facto ejus, qui debet implere: & indiſtinctè locus eſt repetitioni, *d. l. 3. in pr. l. 5. per tot. de præſcript. verb.*
  - Facto ejus, ob cujus perſonam debet impleri: & non eſt locus repetitioni, quaſi cauſâ non ſecutâ, *Gl. in l. ult. C. de cond. ob cauſ.* Si tamen pœniteat, poteſt repeti, ut *d. l. 3. §. 1.*

# Quod mihi non nocet, & alteri prodeſt, quando tenear facere?

Reſp. Quod aut

- Præceſſit contractus, de cujus naturâ eſt, ut tale quid faciam: & cogor illud facere, *l. 38. de eviction.*
- Non præceſſit talis contractus: & aut alius ex facto meo
  - Aliquid lucratur, vel aliquid commodi ſentit: & aut loquimur de
    - Teſtamento vel dote: & eorum favore quis poteſt cogi, *l. 4. ad SCt. Trebell. l. 2. §. 1. ff. ſol. matr.*
    - Aliis caſibus: & non poteſt quis cogi ad faciendum, *l. fin. de uſu & habit.*
  - Aliquod damnum evitat; & aut petit à me
    - Ut poſſit reformare, quod antea erat: & cogor, *l. 57. ff. de adminiſtrat. tut. & ibi Gl.*
    - Ut aliquid de novo faciam: & aut loquimur de
      - Cauſis piis: & quis cogitur, *l. 12. de religioſ. & ſumt. fun.*
      - Cauſis aliis: & non cogor, utputa: vult quis ut vendam ſibi viam ad fundum, cùm aliàs eò ire non poſſit.

# XX.

## Creditor unus, qui exigit, an teneatur cum aliis communicare?

**Reſp.** Quòd aut eſt ſolutum

- Indebitum: & revocatur per creditores, *l. 61. ff. de cond. indeb.*
- Debitum: & aut alii creditores prætendunt
  - Hypothecam; & aut creditor
    - Poſſidet, vel dolo deſiit poſſidere: & alii creditores revocare poſſunt per hypothecariam, *l. 16. §. 3. de pignor.*
    - Sine dolo deſiit poſſidere: & convenitur condictione ex lege *l. ſancimus. §. ſi verò creditores.*
  - Privilegium; & aut ſolvitur ſive datur
    - Species: & diſtingvitur; de quo vid. *Br. in l. pupillus. 24. de his, quæ in fraud. cred.*
    - Genus immediatè: quod poteſt revocari, *l. 5. C. de privil. fiſci.* Genus enim perire non poteſt, *l. 30. §. 5. ad L. Falcid.*
  - Simplicē æqualitatem; & aut erant
    - Bona poſſeſſa: & poſſunt revocari, *l. 6. §. 7. de his, quæ in fraud. cred.*

A B C

A B C D Judicis autoritate: & poteſt revocare *d. l. 6. §. 7.*

- Bona non poſſeſſa; & aut creditor exigit
  - Sine judice: & aut
    - Per gratificationem: & cogitur communicare, *d. l. 24. de his, quæ in fraud. cred.*
    - Sine gratificatione: & aut
      - Cum extorſione: & cogitur communicare, *d. l. 24. de his, quæ in fr.*
      - Sine extorſione; & aut erat
        - Idem debitum diviſum inter ſocios: & debet communicare, *l. 63. §. 5. ff. pro ſoc.*
        - Idem debitum inter coheredes: de quo *vid. Br. in d. l. pupillus* 24.
        - Diverſum debibitum ad plures perſonas ſpectans: & non tenetur communicare creditor, *l. 8. §. 1. de bon. aut. jud. poſſ.*

TANTUM.

1126.

# FASCICULUS II.

## Quæſtionum Nobiliorum de utiliſſimâ Contractuum Materiâ:

RESPONDENTE

HERMANNO ANDREA DOMINICO Hohfeldt/ Mogono.

## QVÆSTIO I.

### An & quando quis liberetur ſolvendo creditori creditoris?

Reſp. Aut ille creditor creditoris

- Me vel bona mea habet obligata: quo caſu ſolvendo eidem liberor ipſo jure & invito creditore meo *l. 27. ff. de pecun. conſtit.*
- Non habet me, vel bona mea obligata; & aut
  - Ideò teneor creditori meo, quia ipſe tenetur: & poſſum alii ſolvere, *l. 36. ff. de negot. geſt.*
  - Cauſa, quare creditori meo teneor, eſt omninò ſeparata à primâ; & aut ſolvo creditore meo
    - Volente: & ſine dubio contingit liberatio, *ut in l. 11. in pr. ff. de pignor. act.*
    - Invito: & non contingit liberatio, *l. fin. C. de Negot. geſt.*
    - Eo ignorante: & contingit liberatio ope exceptionis, *l. 6. ff. de doli except.*

# II.

# Quando debeat ſolvi id, quòd debetur?

**Resp. Quòd aut in ſtipulatione apponitur tempus cauſâ**

- Demonſtrationis ſeu deſignationis: & ſtatim poteſt peti, *l. 118. §. 1. de V. O.*
- Limitandæ obligationis: & ſtatim illo tempore non expectato debetur, *l. 56. §. 5. de V. O.*
- Dilationis ſeu multiplicandæ obligationis; & aut
  - Una præſtatio eſt facienda; & aut tempus apponitur per
    - Accuſativum, ut in annos, vel poſt annos: & intelligitur de fine temporis *l. 49. l. 48. de condit. & demonſtr.*
    - Ablativũ: & aut verba ſunt relata
      - Ad eum, cui obligatio quæritur; ut accipias annô: & in principio anni poteſt peti, *l. 41. §. 2. de manumiſſ. teſtam.*
      - Ad eum, qui obligatur; ut anno dabo: & accipitur de fine temporis, *l. 42. de V. O.*
      - Ita, ut dubitetur, ad quem: & videtur appoſitum gratiâ promiſſoris, *l. 86. de ann. leg.*
  - Plures præſtationes ſunt faciendæ; & aut adjicitur tempus cauſâ
    - Multiplicandæ obligationis; quod eſt, quando apponitur in tempore obligationis, & debetur, in principio cujuslibet anni tam in contractibus, quàm in ultimis voluntatibus, *l. 12. pr. quando dies legat.* & in *l. 56. de V. O.* fallit tamen, ut habet *Br. in d. l.*
    - Differendæ ſolutionis; quod eſt, quando apponitur in executione: & ſemper intelligitur de fine anni, *l. 40. ſi cert. pet.*

III. Cui

1127.

# III.

## Cui pereat res commodata, quæ remittitur per commodatarium, ſi dolo vel culpâ nuncii perit?

Reſp. Aut

- Fuit actum, ut commodatarius ipſe referret: & tunc, ſi per alium remittit, eſt in culpâ, & idcircò periculum ad ipſum ſpectabit, *arg. l. 8. §. 4. ff. Mandat.*
- Non fuit hoc actum; & aut
  - Fuit in culpa ratione eligendi nuncii: & perit periculo mittentis, *ut l. 10. §. ſed etſi. ibi: ſi verò ff. commod.* intelligendo ſc. culpam ſecundum naturam Contractûs.
  - Non fuit in culpâ: & ejus periculô non perit, *ut d. §. ſed etſi: & in l. 20. ff. commodati.*
- Dubitant, utrum ſit actum, an non, ut commodatarius ipſe reportaret: & hoc caſu ex qualitate perſonarum vel rei hoc perpenditur, nec minùs ex eo, quod conſvetudo fert, *l. 12. de pignorat. act. l. 12. §. 4. de uſu & habit.*

# IV.

## Indebitè ſolutum an & quando repetatur?

**Reſp.** Quoddam eſt indebitum

- Civiliter, & naturaliter debitũ; & aut illud eſt debitum
  - Naturaliter tantùm, ita ut nunquam habuerit concomitantiam cum civili; & aut eſt ſolutum per errorem
    - Facti ſeu probabilem: & poteſt repeti *l. 9. C. ad L Falcid.*
    - Juris: & non poteſt repeti, *d. l. in fin. ad L. Falcid.*
  - Naturale ita, quod ab initio fuit miſſum cùm civili; & aut obligatio civilis eſt ſublata facto
    - Hominis; & aut hominis
      - Privati: &, quocunque errore ſolutum ſit, non repetitur. *l. 19. de cond. indeb.*
      - Publici ſeu Judicis: & idem eſt, ac ſi eſſet ſublata à lege.
    - Legis; & aut ſolvitur per errorem
      - Facti: & repetitur. *l. 37. ff. de fidejuſſ.*
      - Juris: & non repetitur, *l. fin. ff. Rem ratam haberi.*
- A

Natu-

A

- Naturaliter & debitum civiliter: & aut ibi eſt
  - Naturalis præſumta, ita ut nulla obſtet exceptio: & ſolutum non poteſt repeti, utputa ſolutum auctoritate rei judicatæ, vel in obligatione literarum poſt biennium *l. 1. C. de Cond. indeb.*
  - Exceptio quæ obſtat: & tunc, quantumcunque errore ſolutum ſit, poteſt repeti *l. 26. §. 3. §. 7. de condict. indeb.* Fallit tamen, ſi ex cauſâ transactionis ſolvitur, *l. 65. de Cond. indeb.*
- Utroque jure: & quocunque errore ſolutum poteſt repeti. *l. 22. in pr. de Cond. indeb.* Fallit tamen, ſi ſolvatur auctoritate rei judicatæ, *l. 1. Cod. de Condict. indeb.* vel ex cauſâ transactionis, *l. 2. C. eod.* Item fallit in cauſis, quæ creſcunt per inficiationem.
- Ope exceptionis, aliàs utroque jure debitum: & aut illa exceptio eſt
  - Dilatoria: & quocunque errore ſolutum non repetitur, *l. 10. de Cond. indeb.*
  - Perpetua & favorabilis: & ſolutum quocunque errore poteſt repeti, *d. l.*
  - Perpetua & odioſa: & aut ſolutio facta per errorem
    - Juris: & non poteſt repeti, *d l.*
    - Facti: & poteſt repeti *l. ult. ad Maced. SCt.*
  - Dubia: & illa habetur perpetua *l. 56. de Cond. indeb.*
  - Inducta ad rigorem juris conſervandum: & tunc ſolutum quocunque errore repetitur, *l. 60. de Cond. indeb.*

# V.

## Solvens poſt ſententiam abſolutoriam an ſolutum condictione indebiti repetere poſſit?

Resp. Quòd aut

- Partes ſunt in concordia debitum præceſiſſe, ſed agens condictione indebiti dicit indebitum propter ſententiam, & non auditur, quocunque modo fuerit pronunciatum, *l. 60. de Cond. indeb.*
- Omninò negatur debitum præcesſiſe; & aut reus fuit abſolutus
  - Quia nihil probatum eſt: & poteſt agi condictione indebiti ad repetendum illud, quod erat ſolutum indebitè; ſi tamen conventus probaverit debitum, actor ſuccumbet, & eatenus dicitur hic non poſſe repetere, *Br. in d. l. 60. n. 6.*
  - Quia nullum debitũ adeſt; & aut fuit pronunciatũ
    - Super facto: ut quia non contractum: & poterit repeti, & per ſententiam probabitur indebitum *l. 13. §. 2. de jurejurand.*
    - Non debitum; & aut dicebatur
      - Nullum vel nullo modo debitum: & ſententia probat indebitum.
      - Non debitum: & intelligitur non debitum, ſcil. civiliter: & ſic poſſet probari per conventum debitum naturaliter, niſi ex actu aliud appareret.
  - Simpliciter: & præſumitur abſolutus, quia non probatum probatur in *l. 15. de Except. rei judic.* & ſic poteſt repeti, etſi à convento debitum probetur, niſi ex actis aliud appareret: Quia ſententia ſemper refertur ad caſum, qui colligitur ex actis *l. 18. ff. de Except. rei judic.*

# VI.

## Venditione pignoris facta per debitorem an & quando præjudicetur creditori?

Reſp. Aut debitor alienat rem pignoratam creditore

- Ignorante: & Creditori non præjudicat *l. 15. C. de pignor.*
- Præſente & tacente; & aut illa alienatio fit
  - Manumittendo: & ipſi præjudicat, *l. 1. C. de remiſſ. pignor.*
  - Alio modo; & aut venditor erat
    - Fiſcus: & præjudicat creditori *l. 8. C. de remiſſ. pignor.*
    - Privatus; & tunc Creditori non præjudicat *l. 8. §. 15. quibus mod. pign. vel hypoth. ſolv.* niſi tacuerit animo decipiendi *l. 5. C. ad SCt. Vellejan.* vel niſi Judex miſit proclama per civitatem, ut quicunque velit condicere, compareat. *l. 6. C. de remiſſ. pign.*
- Præſente & conſentiente; & aut quæ res bonis debitoris
  - Exiverit, conſtat: & diſtinguitur, prout habet *Br. in l. 8. §. 8. quib. mod. pign. vel hypotheca ſolv.* ſc. utrum conſenſerit ſimpliciter, an ſub modo, an verò ſub conditione. Et hoc procedit, quando res non eſt reverſa in debitoris bona; Sed ſi eſſet reverſa, diſtingve: utrum ex eâdem cauſâ, an ex aliâ redierit, ut in *l. 10. quib. mod. pign. vel hypothec.*
  - Non exiverit, conſtat: & tunc obtinet, quod habetur in *l. 8. §. 12. quib. mod. pign.*
  - Exiverit vel non, dubitatur: & id juris eſt, quod habetur in *d. l. 8. §. 7.*
- Non conſentiente alienationi: de, quo caſu diſponit *l. 3. §. fin. ff. qui potior. in pign.*

VII. De-

# VII.

## Debitor venditionem pignoris quomodo poſſit impedire?

Reſp. Quòd aut debitum eſt

- Liquidũ: & tunc aut debitor
  - Offert debitum, & deponit, & conſignat: & non eſt dubium, quin venditio pignoris impediatur, & debitor liberetur, *l. 9. C. de ſolut.*
  - Offert tantùm debitum: idque aut fit
    - In judicio: & ſine dubio ſufficit ad impediendam pignoris venditionem *l. 5. C. de diſtr. pignor.*
    - Extra judicium: & licèt non ſufficiat ad inducendam pignoratitiam actionem; ſufficit tamen ad hoc, ut mora debitoris purgetur, *l. 91. §. 3. de V. O.* & ſic conſequenter meritò impeditur venditio, quæ non poteſt fieri, niſi propter moram.
  - Neque offert neque conſignat debitum, ſed ſimpliciter dicit: ego ſum paratus ſolvere: tunc venditio non impeditur ipſi jure; ſed interim valet, poſtea vera eo ſolvente infringitur, *l. 9. de reſcind. vendit.*
- Non liquidum, ſed obſcurum, fortè propter implicationem rationis inter debitorem & creditorem: & poteſt debitor coram judice interpellare creditorem, ut denominetur aliquis mercator ad ineundam rationem inter ipſos; quod ſi facere creditor ſuperſedet, impeditur venditio *l. 5. C. de diſtract pignor.*

# VIII.

## Obligatio rei alienæ an & quando valeat?

Reſp. Quòd aut res illa aliena

- Erat debita ipſi obliganti: & tenet obligatio *l.* 3. §. 1. *qui pot. in pign. hab.* & innuitur *in text. l.* 1. *pr. de pignor.*
- Non erat debita; & aut obligatus
  - Habet jus in re ſimpliciter: & tenet obligatio *l.* 13. §. 2. *&* 3. *de pign.* idq; intelligendum de eo jure, quod habet debitor. At ſi poſteà obliganti quæritur perfectum dominium, aut ipſi quæritur
    - Ex cauſâ dicti juris, quod habebat in re, ut quia habebat Publicianam, & uſucapiebat, & complevit uſucapionem, & tunc ipſa res erit obligata *l.* 78. §. 4. *de jure dot.*
    - Ex aliâ cauſâ prorſus ſeparatâ ab illâ: tunc poteſt videri, quare debeat illa res in obligationem incidere; ſed erit idem, ac ſi ſimpliciter obligetur res aliena.
  - Non habet jus in re; & tunc aut obligavit illam rem
    - Sub conditione, ſi mea erit: & non eſt dubium, quòd teneat obligatio; exiſtente conditione *l.* 16. §. 7. *de pignor.*
    - Simpliciter, & tunc aut rei dominus
      - Ratum habuit: & obligatio confirmatur, *l.* 16. §. 1. *ff. de pignor.*
      - Non ratum habuit: & aut creditor rem alienã eſſe
        - Sciebat: & non confirmatur obligatio, *l.* 1. *pr. ff. de pignor.* Sed creditor poteſt eam retinere, ſi poſſidet, *d. pr.*
        - Ignorabat: & confirmatur quoad utilem hypothecariam, *l.* 41. *ff. de pign. act.*

# IX.

## In pignoribus an & quando procedat, ut qui prior ſit in tempore, potior ſit in jure?

Reſp. Quòd aut loquimur de pignore

- Conventionali: & ſine dubio procedit, ut, qui prior ſit in tempore, potior ſit in jure *l. 11. ff. qui potior. in pign. cum mille concordantiis.*
- Judiciali: & tunc idem obtinet; quòd ille nimirùm, qui prior in tempore, potior ſit in jure *l. 2. qui potior. in pign. hab.*
- Prætorio; & aut omnes prætendunt
  - Jus obligationis: & nullus erit potior in jure, quia nullus eſt prior in tempore quàm alius, unô ſiquidẽ immiſſô omnes ſtatim immiſſi cenſentur, & ſic omnes ſunt pares in tempore *l. 6. §. 7. ff. de his, quæ in fraud. credit.*
  - Officium Judicis: & non procedit illa regula: quia, ſicut Prætor prius ſuâ æquitate admiſit, ita æquitate ſuâ non vult, ut unus alteri præferatur, *l. 15. §. 15. de damn. infect.*
  - Unus jus obligationis, alius officium judicis: & tunc habet locum regula: Qui prior &c. *l. 2. C. qui potior. in pign.*

X. Mu-

1131.

# Mutuans pecuniam ad rem emendam an & quando habeat tacitam hypothecam ſuper eâ?

Reſp. Quòd aut quis mutuat

- Simpliciter non exprimendo: ad rem emendam; cùm tamen ex eâ res ematur: & tunc non habet privilegium neque in perſonali neque in hypothecariâ *l. 5. §. 17. ff. de Tributor. act.*
- Ad rem emendam non expreſſo, quod illa res ei ſit obligata: & tunc habet privilegium in perſonas, non in hypothecariâ *l. 19. de privileg. creditor.*
- Ad rem emendam pacto expreſſo, quòd illa res ſit ſibi obligata; & aut quæritur, an habeat tale privilegium contra
  - Mulierem: & illa præcedit in pignore ex causâ dotis taliter mutuanti, *§. his conſequens auth. de æqual. dot.*
  - Alios: & habēt privilegium in perſonali, nec non tacitam hypothecam, & prioribus præfertur, *l. 7. C. qui potior. in pign. hab.*

# XI.

## An actio perſonalis competens venditori transeat ad emtorem?

Reſp. Quòd aut actio incipit competere

- Ante contractum & traditionẽ; & aut venditur
  - Jus ſ. nomen: & tranſit ceſſione omne jus competens ante contractum illius nominis occaſione *l. 6. de heredit. vel act. vendit.*
  - Corpus: & aut ex actio datur pro damno
    - Præterito: & non competit venditori, nec eam cedere tenetur *l. 1. §. 24. de aqv. quotid. & æſtiv.*
    - Futuro; & eſt actio
      - Merè perſonalis: & non tranſit niſi ceſſione. *l. 18. §. 5. & 7. de damn. infect.*
      - In rem ſcripta: & tranſit *l. 6. §. 4. ff. de aqu. pluv. arcend.*
- Poſt contractum ante traditionem; & aut loquimur in caſibus
  - In quibus in caſu præcedenti tranſit ſine ceſſione: & tunc eodem in caſu noſtro tranſit ſine ipsâ *Br. in d. l. ſi tertius 6. §. ſi quis prius. 4.*
  - Aliis; & non tranſit; ſed tenetur cedere: id quòd probatur *l. 11. §. 8. quod vi aut clam.*
- Poſt contractum & poſt traditionem: & ille caſus, licet videatur indubitabilis, eſt magis dubitabilis, quàm alius quisquam; videatur autem de eo plenè *Br. in l. cum vir. 42. ff. de uſurpat.*

XII. Fru-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-544626-p0040-1

## Fructûs rei emtæ ad quem ſpectent?

Reſp. Quòd aut ſint fructus

- Naturales extantes; & aut loquimur de
  - Fiſco; & dicimus, quòd ejus favore emtor teneatur ſtare colono.
  - Privato: tunc, quia pars rei, ſine dubio cedunt rei venditæ, *l. fin. §. fructus. de his qui in fundo creditor.*
- Induſtriales; & aut loquimur de fructibus
  - Ante venditionem perceptis: & ſunt vendentis.
  - Poſt venditionem percipiendis: & ſunt ementis, *l.* 13. §. 10. *de act. emt.*
- Naturales, quorum occaſione debetur pretium & penſio; & aut eſt talis emtor
  - Ad quem jus coloni tranſit de naturalitate; ut in eo, qui emit à fiſco: & tranſit ad eum jus coloni, inſpecto tempore, quô penſio ſolvi debet, *l.* 50. §. *Tryph. de jure fiſci.*
  - Ad quem non tranſit jus coloni; ut in emtore privati: & debet inſpici tempus, quô fructus percipiuntur, *Br. in d.* §. Tryphonino.
- Induſtriales, quorum reſpectu debetur penſio; ubi quid obtineat, *vid. ap. Br. in l.* 13. §. 10. *de act. emt.*

# Succeſſor an & quando teneatur ſtare colono?

Reſp. Aut loquimur de Succeſſore

- Univerſali: & non dubium eſt, quòd teneatur & cogatur ſtare colono, ſicut defunctus, *l. 59. de Reg. jur.*
- Singulari; & aut conductori jus in re
  - Eſt conſtitutum: & quilibet ſucceſſor cogitur ſtare colono, *l. 1. & 2. ſi ager vectigal.*
  - Non eſt conſtitutum; & aut ſuceſſor ſucceſſit
    - Non in plenum jus, ut miſſus in poſſeſſionem cauſâ rei ſervandæ: & cogitur ſtare colono, *l. 8. §. 1. de bon. aut. jud. poſſidend.*
    - In plenum jus; & aut ſucceſſit
      - Ex voluntate: & non cogitur ſtare colono, *l. 9. C. de Locat.*
      - Ex naturalitate; & ille, qui locavit, aut plenam adminiſtrationem
        - Non habet, ut fructuarius reſpectu juris dominii: & Succeſſor non tenetur ſtare colono, *l. 9. §. 1. ff. Locat.*
        - Habet reſpectu alterius, cui reſtituitur poſteà: & ſucceſſor tenetur ſtare colono, *l. 8. de adminiſtr. Tutor.*
        - Habebat nomine ſuo: & tunc ſimiliter ſucceſſor, in quem transfertur ex naturalitate, tenetur ſtare colono, *l. ſi jur. ſolut. matr.*

# XIV.

## Salarium quo tempore ſolvi debeat?

Resp. Quòd aut loquimur in locatione

- Rerum; & eo caſu locum habet, quod docet *Gl. in l. 3. C. locat.*
- Operarum: & tunc aut pecunia datur
  - Pro ſumtibus magis, quàm pro mercede laboris, ut pecunia, quæ datur legatis & ſimilibus: & illa debet ſolvi in initio. *l. legatus §. 1. de legat.*
  - Pro mercede; & aut veriſimilitudo
    - Apparet, quia videtur tacitè actum, ut ſolvatur nuncio, ut ſi eſſet talis, qui non poſſet operas promiſſas exhibere, niſi pecunia ſolveretur: & ſolvitur in initio. *l. 34. de R. Jur.*
    - Non apparet; & aut loquimur de obligatione ex
      - Contractu: & tunc ſalarium debetur in fine temporis, *l. 3. C. locat.*
      - Ex legis diſpoſitione; & aut
        - Eſt unum tantùm ſalarium conſtitutum: & debetur in initio. *l. 1. §. Divus. de var. & extraord. cognit.*
        - Eſt ſalarium annuum: & debetur in initio cujuslibet anni. *l. 15. C. de advocat diverſ. judicior.*

# XV.

## Quando unus debet ſalarium, alius operam ex hominis diſpoſitione, & opera caſu fortuito non poteſt præſtari, utrum debeatur ſalarium?

Reſp. Quòd illa diſpoſitio aut erat

- Contractus verus; isque vel nominatus.
  - Bonæ fidei; & aut evenit caſus in perſonâ
    - Conducentis: & debetur integrum ſalarium *l. 15. §. 6. locat.*
    - Ejus, qui debet operas, & debetur pro rata *Br. in l. 1. §. 13. n. 2. de var. & extraordinar. cogn.*
  - Stricti juris; & aut verba ſunt concepta
    - Conditionaliter; ut ſi hoc fecerit, dabo tantùm & non debetur ſalarium uti vulgò not. in *l. 10. in pr. ad l. Rhod. de jact.*
    - Non conditionaliter: & erit idem, quod in locato conducto ſecundum not. in *d. l. 10.*

A

Contra-

Contractus innominatus; & aut vult repetere pecuniam ideò, quia

- Pœnitet eum: & poteſt; cùm in contractibus innominatis ſit locus pœnitentiæ, dummodo ei, qui debebat operas, vel aliud factum præſtare, de indemnitate ſatisfaciat.
- Cauſa non ſecuta & factum non impletum; & diſtingvendum eſt, prout diſtingvi hic ſolet in contractibus nominatis, quibus illi aſſimilantur.

Contractus, qui ſuccedit in locum diſpoſitionis legalis: & meritò, quando debetur ſalarium ex diſpoſitione legis, *l. 4. & ibi not. C. de advocat. diverſ. judic. Br. in d. l. 1. §. 13. n. 11. de var. & extraord. cognit.*

Ultima voluntas; & tunc aut

- Una præſtatio eſt facienda: & debetur totum, licet quis impediatur caſu præſtare, *l. 8. C. de legat. l. 69. §. 2. de legat. 2.*
- Sunt faciendæ præſtationes annuæ: & pro anno, qui incertus eſt, debetur integra pecunia, pro aliis non *l. 10. in pr. de ann. legat.*

# XVI.

## Voluntas an & quando inducat mandatum?

Reſp. Quod aut loquimur de voluntate

- Limitatâ, & aut eſt facta limitatio
  - Ad certum & determinatum contractum: tunc illa voluntas inducit mandatum, *l. 1 quod juſſu.*
  - Non ad certum contractum; ut quando voluntas patris eſt limitata, quòd filius contrahat in peculio, quod ipſi ſeparatim conceſſerat: & illa voluntas non inducit mandatum, *l. 36. ſi cert. pet.*
- Non limitatâ; & tunc aut negotiū
  - Spectat principaliter ad eum, cujus voluntate geritur: & aut
    - Intervenit alia neceſſaria cauſa ad inducendum mandatum, *l. 18. & quod ibi not. ff. Mandat.*
    - Non interveniunt illa neceſſaria: & voluntas non inducit mandatum, prout communiter not. in *l. 2. de action. & obligat.*
  - Spectat principaliter ad gerentem: & voluntas non inducit mandatum, *l 2 §. fin. ff. Mandat.*
  - Spectare poteſt pariter ad utrumque: & aut
    - Voluntas eſt cauſa negotii, ut quia præcedit voluntas mea, propter quam tu aliquid facis: & voluntas inducit mandatum, *l. 1. ibi: dum ducitur, ſive volo. ff. Mandat.*
    - Negotium eſt cauſa voluntatis; ut te faciente aliquid ex tuo motu ego volui & conſenſi: & non inducit mandatum, *l. 160. de Reg. jur.* Parit tamen aliquod præjudicium, ſecundum ea, quæ tradit *Br. in l. 2. § 2. Solut. matr.* Inducit etiam ratihabitionem, ſi ejus nomine geratur.

XVII. De-

# XVII.

## Defectus ſuperveniens an & quando impediat ratihabitionem?

Reſp. Quòd aut defectus ſupervenit ex parte

- Gerentis: & hoc caſu non impeditur ratihabitio, *l. 24. ff. rem ratam haberi.*
- Ratum habentis; & aut ſupervenit
  - Ex legis diſpoſitione: & eo caſu impeditur ratihabitio, *d. l. 24.*
  - Facto hominis; & aut quis vult ratum habere in præjudicium
    - Ejus, qui geſſit illum actum: & eo caſu non impeditur ratihabitio, *l. 71. §. 2. de ſolut.*
    - Tertii & ille tertius aut
      - Fingitur una perſona cum gerente: & idem juris eſt: quia poteſt ratum haberi; exemplum eſt in duobus reis, *l. 58. §. 2. de ſolut.*
      - Eſt perſona prorſus extranea: & in ejus præjudicium non poteſt ratum haberi, *l. 19. §. fin. quemadmod. ſervit. amitt.*
- Rei, ſuper qua aliquid agitur: & eo caſu ratihabitio impeditur, *l. 8. ff. de pericul. & commod. rei vend.*

# Stipulatio reſpectu turpitudinis, quæ in eâ continetur, an & quando valeat?

**Reſp.** Quòd aut ſtipulatio turpitudinē

- Non habet: & illa ſtipulatio eſt
  - Secundum legem: & valet; per *tot. tit. de V. O.*
  - Præter legem; ut quando quis alteri ſtipulatur: & non valet principale, ſed pœna, *l. 38. §. 17. de V. O.*
- Habet; & aut
  - In ſtipulationem venit res turpis: ut permittis facere homicidium: & eſt nulla, *l. 26. de V. O.*
  - In ſtipulationem non venit res turpis, ſed ipſa turpiter facta; ut ſi dolo & metu commiſſa ſit: & tunc valet, ſed datur remedium à jure quod met. cauſ. de dolo.
  - Stipulatio habet turpem cauſam, ſed quod promittitur, non eſt turpe, & aut cauſa in ſtipulatione
    - Exprimitur: & ſtipulatio eſt nulla ipſo jure, *l. 7. §. 3. de Pact. l. 123. de V. O.*
    - Non exprimitur, ſed in veritate ob turpem cauſam: & valet ſtipulatio; ſed obſtat exceptio *l. pen. de cond. ob turp. cauſ.* de quâ in conflictu.

1136.

# XIX.

## Fidejuſſor ſi ſuccedat Principali, an extingvatur obligatio fidejuſſoria?

**Reſp. Quòd aut ſuccedit debitori**

- Efficaciter obligato: & ſine dubio extingvitur fidejuſſoria, *l.* 95. §. 3. *ff. de ſolut. cum ſimilib.*
- Naturaliter tantùm obligato: & ſine dubio non extingvitur obligatio fidejuſſoria, *l.* 21. §. 2. *quod ſi hic ſervus. ff. de fidejuſſor.*
- Obligato naturaliter & civiliter, ſed tuto exceptione; & aut erat exceptio, quæ
  - Tranſit ad fidejuſſorem & heredem: & ſine dubio extingvitur obligatio fidejuſſoria: quia per hoc non fit deterior conditio creditoris.
  - Non tranſit ad fidejuſſorem, neque ad heredem: & itidem extingvitur ceu fidejuſſoria: quia per hoc non fit deterior conditio creditoris, *d. l.* 95. §. 3. *verſ. & è contrario. ff. de ſolut.*
  - Tranſit ad heredem, non ad fidejuſſorem; ut beneficium reſtitutionis; id quod latè perſequitur Br. *in d. l.* 95. §. 3. *n.* 1. *&* 2.

# XX.

## Obligationi facti an poſſit accedere fidejuſſor?

Reſp. Quod aut fidejubet

- Simpliciter dicendo, fidejubeo: & valet, & intelligitur fidejubere omni modo, quo valere poteſt, *l.* 81. *de V.O.*
- Exprimendo, quod promittit: & aut promittit
  - Intereſſe, & valet fidejuſſio, *l.* 15. *de fidejuſſor.*
  - Ipſum factum; & aut reſpectum habet ad
    - Ipſum factum perfectum, h. e. ad id quod reſultat ex facto, puta promitto tibi dare librum manu talis ſcriptoris ſcriptum: & valet, *l.* 137. §. 5. *de V.O.*
    - Ipſum actũ faciendi; & aut fidejuſſor promittit
      - Quod principalis facturus eſt: & non valet, *l.* 65. *ff. de fidejuſſor.*
      - Se effecturum & curaturum, ut principalis faciat: & valet, *l.* 83. *in pr. de V.O.*
      - Se acturũ, quod principalis promiſit: & tunc aut
        - Sunt ejuſdem peritiæ: & valet, *l.* 5. *de duob. reis.*
        - Non ſunt ejuſdem peritiæ: & non valet, quia diverſum videtur promittere, adeoque vitiatur fidejuſſio, *l.* 42 *ff. de fidejuſſor.*

# XXI.

## In re emtâ à pupillis an uſucapio procedat?

Reſp. Aut ille, qui emit

- Scit eum eſſe pupillum; & tunc aut emit
  - Non cum ſolennitate: & non acquirit dominium nec uſucapiendi conditionem *l.* 2. §. 15. *pro emtor.*
  - Cum ſolennitate & cum decreto: &, ſi dominus eſt pupillus, transfert dominium: ſi non dominus, uſucapiendi conditionem, *d. l.* 15. §. 8. *t. t. ff. de reb. eor. qui ſub tut.*
- Putat eum adultum; & aut emit rem
  - Pupilli: & non procedit uſucapio, *l.* 48. *de acquir. rer. domin. l.* 3. *C. de autor. tutor.* ſive res ſit mobilis, ſive immobilis.
  - Alterius; & aut erat res
    - Immobilis: & tunc non procedit, quia ſcivit, aut ſcire debuit adultum talem rem vendere non poſſe, *l.* 24. *cum Gl. de uſucap.*
    - Mobilis; & tunc aut
      - Servando ſervari poteſt: & non procedit uſucapio, *l. lex quæ tutores. de adminiſtr. tutor.*
      - Servando ſervari non poterat: & procedit uſucapio. *Br. in d. l. pro emtore* 2. §. *ſi à pupillo* 15. *n.* 4. & 5. *ff. pro emtor.*

# XXII.

## Defectus ſuperveniens in perſonâ præſcribentis an interrumpat uſucapionem?

**Reſp. Quód aut intervenit defectus**

- Animi tantùm, non tamen efficitur incapax dominii; & uſucapio non extingvitur, *l. 44. §. 1. de uſucap.*
- Talis, qui facit ipſum incapacem dominii; & aut iſta incapacitas
  - Reſpicit dominium rei ſimpliciter; ut in Judæo & mancipio Chriſtiano: & puto abſque dubio, quòd interrumpat præſcriptionem, *l. 56. circ. fin. C. de Epiſcop. & Cleric. l. 1. C. ne mancip. Chriſtian.*
  - Eſt mixta, conſideratione dominii & tituli, ut quidam poſſint acquirere ex omni causâ, præterquam ex titulo, ut damnatus de libello famoſo: & aut ille titulus
    - Supervenit tempore debiti, ut quia legatum fuit, & dies legati ceſſit, antequam erat incapax: & eo caſu non interrumpitur uſucapio.
    - Ab initio fuit ejus conditionis: & non procedet uſucapio, *l. ult. de uſucap. pro hered.*

* * *

## COROLLARIUM.

Fruſtra JCti affectat nomen, qui theoriæ ſaltem inhærens praxin negligit, vel planè, immemor *l. 14. C. de Adv. div. Judicior.* alto deſpicit ſupercilio. Nunquam enim ad genuinam & ſolidam Jurisprudentiæ, tanquam diſciplinæ practicæ, cognitionem adſpirabit; licet vel centum annos ſpeculationibus ſuis conſumſerit, ipſaque etiam jura æque diu in Academiis cœci ducis inſtar, qui veram legum applicationem & uſum ipſe tamen ignorans monſtrare aliis audet, profitendo tractaverit, & à multis, proh dolor! pro Oraculo fuerit adoratus.

S. D. G.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-544626-p0052-8

(X2618056)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-544626-p0053-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-544626-p0054-9

# QUÆSTIONUM
NOBILIORUM
DE
# UTILISSIMA CONTRACTUUM MATERIA
E
CLARISSIMI BARTOLI SCRIPTIS
paſſim excerptarum
## FASCICULI DUO:
QUOS
*AUSPICE DEO*
ET
SUFFRAGIO JCTORUM ERFURT.
## MICHAEL HENRICUS Kraut/
HALLENS. SAX. J. D.
ET
## HERMANNUS ANDREAS DOMINICUS HOHFELDT
MOGONUS
defendent
*Die Saturni futuro, qui erit 6. (16.) Septembr.*
*An. cIɔ Iɔc LXXIX.*
Horis à IX. ad XI. item à IV. ad VI. ante- & pomerid.
In Auditorio Cœlico.

*ERFURTI,*
Typis KIRSCHIANIS.

Excell. Dn. Brücknero.

KOENFRIED UNIVERS. ZU HALLE
1679, 3
iii 3. 22
P 83
15
20
63
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-544626-p0055-4